

oneroso illud recipiat, ad instar illius qui a non domino rem accipiat alienam, vel a fure acquirit bona furata.

(126. Hujus tamen opinio cum quadam distinctione aut certa modificatione videtur recipienda. Opinioni de Luc. loc. cit. et cæterorum quos refert, subscribimus, si cessionarius, aut donatarius christianus aliquo modo mutuatarium coegit ad persolvendum mutuum cum usuris, idque importunis verbis, exactionibus, aut minis; nam omnia isthæc injustam ponunt proximi læsionem. Secus autem dicendum, si mutuatarium nullo modo cogat, sed a mutuatario solvente accipiat pecuniam ex causa usurarum, quia tunc talis cessionarius injustæ exactioni, aut contractui cooperari videri non potest, cum contractus in nostro casu et ab Hebræo sit initus, et sit exactio per eundem causata. De his vid. Zoesius in Jus Can. lib. v, tit. 19, num. 35. Consulendi, et Azor. Instit. moral. p. III, lib. v, cap. 18, q. 9; Navar. de Rest. d. cap. 2, num. 425 et seqq.; Less. d. cap. 20, num. 181 et seqq., etc.

(127. Neque obstat (sic ut in omni casu opinio De Luc., etc., amplectenda sit) purificatio illius, qui a non domino recipit bona furata. Primo siquidem qui Hebræi nomine usuram recipit, a vero exigit domino, eoque exigit consentiente ac sponte volente, ut in secundo casu; rursus quanquam sint turpes et infames usuræ, non tamen furtum committere dicuntur ii, qui eas percipiunt, quippe quæ consensu, et contractu hominum libero nituntur uti notant Selden. de Jur. nat. et gent. lib. vi, cap. 9; Puffendorf. de Jur. nat. et gent. lib. vi, c. 7, § 9, de mutuo. Ex his nullum contrahit vitium usurarum nomine persoluta pecunia, siquidem et in actu solutionis domini ipsius voluntas concurrat. Quidquid tamen sit de veritate harum opinionum, laudabilius semper erit, si christianus hujusmodi contractus parum bene olentes omnino effugiat.

Quod de christiano dicitur num. 116, non bene applicatur Hebræo, hoc tamen in casibus expressis, in cæteris nullum christianum inter et Hebræum notatur discrimen; Felin. in cap. 2 de Judæis; Becch. cons. 84, num. 7; Surd. decis. 113, num. 3; Rot. in rec. dec. 269, num. 3, p. IV, tom. II, et recentissime firmavit Rot. in Ferrariens. Appellatus 4 Junii 1779, cor. Ratto, § 14.

(128. Huc etiam accedit, quod quanquam de jure interdictæ sint Hebræis publicorum proventus, et vectigalium conductiones, speciali tamen hoc habet Statutum Ferrariæ ex speciali lege, et pontificio chirographo Clementis XII: « Di poter trattare, e conchiudere con gli Ebrei gli appalti nonostante l'editto ultimamente pubblicato contro di

loro, » ea tantum addita conditione, « purchè detti appalti non venghino intestati nelle persone degli Ebrei, ne apparisca da pubblici istromenti, e da altri documenti, che essi vi abbino la maggior parte. » De his fusius videre est in cit. Rot. per tot.

(129. Quod autem spectat ad Hebræorum testimonium, quod non valere diximus, si lis versetur inter christianos, deservit tamen pro quodam adminiculo, si quando vel cum christianis testes sunt uti firmat Rot. in Rec. decis. 233, n. 4, part. II, et decis. 194, n. 29, part. XVIII. Ansaldo. de Commercio. disc. gener., num. 138, vel quando agatur de re, quæ ex loci, vel personarum circumstantiis difficile sit invenire testes christianos; Alex. cons. 176, n. 10, lib. II; Bolognin. cons. 42, num. 8, in fin. vers. *Insuper*, et sub n. 10. vers. *Præterea*; Cyriac. contrav. 219, n. 54; Conciol. resolut. 24, num. 5; Rot. decis. 233, num. 4, vers. *tertio* part. II. Plura etiam vide de Hebræis in disc. gener. per tot. et disc. 41, in fin. apud Ansaldo. de Commercio.

(130. Neque circa Hebræorum juramentum recentissime renovata quæstio prætereunda est super iudicii potestate, an scilicet recte et valide Hebræum ad juramentum obligare possit iudex contra modum, et formam a colligante christiano præscriptam. Casus iste usque ab undecimo secundo propositus fuit Constantino decimo imperatori Porphyrogenetæ, et fratri Basilii, atque ab ipso prodiit decisio, quæ exstat in lib. II Novell. de Reb. privil. et quæstionibus Græcorum imperatorum, quæ a Leunclavio collectæ latino idiomate opera demum Marquardi Ferrerii in lucem prodierunt; verum cum istæ in corpore Romani juris non recensentur, mirum non est, si Accursius erudite parum more forensium rescriptum correxit Antonini imperatoris in l. *Non erit standum* § 3, § 1, ff. *de Jure juran. sive volunt. sive neces.* ubi pro eo, *quod standum est juramentum, quod quis propria superstitione juravit*, substituendum censuit « Non standum est » ne vanæ superstitioni, ac reprobatæ religioni fides adhibeatur. Istam Accursii correctionem refert ac emandat Saverius Mattei in sua Dissert. dell'autorità del Giudice nell' obbligare al giuramento due litiganti di diversa religione per tot. ubi etiam quæstionem egregie tractat, an Hebræus cogi possit ad jurandum per nomen *Jeova* « sonat *Deus*. »

(131. De Antonini imperatoris laudato Rescripto in leg. ff. *de Jurejur.* vid. Byncheroekb lib. IV, Observ. jur. Rom. cap. 2.

(132. Conclusio itaque quæstionis sit, Hebræorum juxta modum, ac formam a colligante christiano præscriptam, ad jurandum cogi non posse. Vid. Saverio Mattei loc. cit.

HEMORRHOISSA A CHRISTO SANATA.

ADDITAMENTA NOVISSIMA AUCTORIS.

Hemorrhossa a Christo Domino a profluvio sanguinis liberata, de qua Luc. VIII, v.

(22) Sermo ille S. Ambrosii non est jure a Mau-

43. S. Ambrosius *de Salomone* cap. 5, arbitratur, quod fuerit S. Martha (22), Eusebius

rinis Patribus in Appendicem rejectus. Fæ tamen

Histor. Eccl. lib. VII, cap. 17, asserit, quod fuerit quædam mulier ethnica ex urbe Paneadis ad Jordanis fontem sitæ, quæ grati animi ergo ob relatam gratiam Salvatori statuatam erexit, quam suis inspexisse oculis Eusebius ipse testatur (23): Et Sozomenus lib. V, cap. 20, et Philostorgius I. VII, cap. 7, ad atatem usque imperatoris Juliani eam perdurasse commemorant, apud Calmet, verb. *Hemorrhossa* (24). Clericatus autem nelle *Spiche*, verb. *Hemorrhossa* (25), tenet, quod fuerit nobilissima et ditissima femina e Cæsariæ Philippi oriunda, et juxta communem opinionem vocaretur *Berenice*, quod italice *Veronica*, et esset illa pia mulier, quæ proprio suo sudario vultum Redemptoris Nostri

Ambrosii esse. Unde efficias, Ambrosium de Martha locutum, quæ soror Mariæ et Lazari fuerit? quasi vero non potuerit Chananæa illa mulier, quam e sanguinis fluxu Dominus curavit, *Martha* appellari, quia Mariæ, et Lazari soror fuerit, idque Ambrosius non ex Evangelio quidem, sed ex traditione discere. Equidem utramque mulierem sermone jungit Auctor dicens: « Dum largum sanguinis fluxum siccat in Martha, dum demones pellit ex Maria. » Verum non id certo evincit de Martha Mariæ sorore Ambrosium locutum fuisse. Ideo enim utramque jungere potuit, etsi sorores non illas credidisset, quia, inquit Trombellius *de cultu Sanctorum* diss. 9, cap. 41, num. 8, utraque per Christi miraculum gravissimo morbo fuerat liberata. Quod si quis omnino velit, intellectam ab Ambrosio fuisse Martham Mariæ sororem, quid tum? Annon potuit Martha Mariæ soror eodem, quo Chananæa, morbo laborare, atque ab eo, quemadmodum Chananæa, Christi miraculis sanari? Qua de re Evangelio tacente, probabilis quædam traditio Ambrosii ævo vigerit, cum Joannes XX, XXX, discrete doceat, *multa signa fecisse Jesum, quæ non sunt scripta in libro hoc.* (EDIT. BARBIELL.)

(23) Idem quod Eusebius narrat, testantur Cassiodorus lib. VI, *Histor. trip.* cap. 41; Theophanes in *Chronographia*, Glycas *Annal.* p. IV; Nicephorus Callistus lib. VI, cap. 15; Antipater quoque Bostrorum Pontifex, qui medio circiter sæculo quinto floruit, scripsitque refutationem Apologię Eusebii Cæsariensis pro origine, ejusdem rei testis est eo clarior, quod ejus testimonium recitarit Gregorio Diacono art. 4 Concilii Œcumenici Niceni II. In eodem concilio Epiphanius Diaconus, art. 6, asseveranter pronuntiavit, historiam statuae ab Hemorrhossa Christo positæ « ex diversis historiis testimonium habere, et multis scriptoribus confirmari posse. » Sanctus etiam Gregorius II, in epistola ad Germanum Episcopum, et sanctus ipse Germanus in epistola ad Thomam episcopum Claudiopoleos, positum ab illa femina monumentum, ut esset grati erga Christum animi indicium, memorant atque commendant; uti et Adrianus in epistola ad Carolum M. pro synodo Nicæna II, p. II, cap. 2, his verbis: « Adepta donum, titulum erexit Christo. » Præterea auctorem vitæ S. martyris Procopii, itemque auctorem vitæ S. Artemii apud Surium die 8 Julii et 20 Octobris. (EDIT. BARBIELL.)

(24) S. Asterius Amasenus apud Photium in Bibliotheca cod. 271, affirmatissime scripsit, Christum aenea statua ab Hemorrhossa in urbe Paneade ornatum, « et statuum per multos annos durasse ad redargutionem eorum qui Evangelistis mendacium adscribere audebant, » non tamen ad sua usque tempora stetit, ad annum scilicet Christi 400, quo ista scribebat. Sed probari nequit, quoad ibidem tradit Asterius, statuum hanc sublatam a Maximo impio idolorum cultore, qui ante Constantinum Romanorum imperator fuit. Nam Eusebius, qui post Maxi-

crucem ad Calvarium ferentis, copioso sudore et sanguine conspersum abstersit, in quo sudario facies dolorosissima ipsius Jesu Christi remansit miraculose impressa (26). Et ibi insuper ita subjungit: Di questo pure il Masini nella sua Scuola del christiano alla pag. 247, nota questa erudita osservazione, riferita da molti gravissimi autori, ivi citati, con queste parole—E costante opinione, che S. Veronica porgesse il velo al Salvatore piegato in tre doppie, e che in tutte tre quelle parti s'improntasse l'immagine di Gesù Cristo, le quali poi fossero divise in tre; stante che ne' tempi nostri ancora si venerano in tre luoghi e sono accreditate per originali. La prima in S. Pietro di Roma,

mini mortem scripsit, aperte docet se Paneadem profectum illam conspexisse, et Sozomenus ac Philostorgius ab auctore nostro hic appellati quibus Theophanes et Glycas addi possunt, impium facinus Juliano tribuunt. (EDIT. BARBIELL.)

(25) Ante pulchra hæc Clericali somnia memorari merebatur Macarius cognomento *Magnus*, quarti, ut creditur, sæculi scriptor, qui apud Tillemontium in Vita imp. Constantini tom. IV, art. 95, mulierem hanc facit Edesse principem, nomenque ejus notum fuisse tunc, ac celebre etiam in Mesopotamia tradidit. (EDIT. BARBIELL.)

(26) Multo consultius fecisset Auctor, si primum adversus hyperereticos quosdam hanc Paneadensis statuae historiam veluti fabulosam rejicientes ejus veritatem vindicasset; deinde recentes iconoclastas, qui minus aptam illam esse ad sacrarum imaginum antiquitatem, aut probitatem evincendam contendunt, refellisset. Utrumque abunde præstitit Cl. abbas Trombellius in opere, quod num. 1 laudavi, primum quidem diss. 9, capitibus 45 et 44, alterum capitibus 45 et 46 (sic enim capitum illorum numeri reformandi sunt): legendus quoque Sandinius in præclara Historia Familiæ Sacræ de Christo d. cap. 18, § 4 et 5. Cæterum quid aliud est huc Veronicam transferre, quam novis criticorum cavillis Hemorrhossæ historiam objicere? Quoniam tamen ad hæc Auctor nos pertrahit, duo nobis breviter indicanda esse video: alterum quod ad Veronicam feminam spectat, alterum quod ad ipsam sudarium pertinet. Ac de Veronica sunt, qui cum Papebrochio, Mabillonio, Natali Alexandro, Tillemontio, P. Serj velint, non nomen illud esse feminae, quæ Christo sudarium præbuisse fertur, sed ipsius sudarii, in quo vera icon Christi visitur: *Veronicam* autem dictam sequioribus sæculis feminam translato perperam in ejus nomen sudarii nomine. Qua in re mirari satis non possum sapientissimos viros posse oleum operamque in hisce tricis perdere; cum quocunque demum nomine ea mulier appellaretur, posita sudarii, de qua mox ad n. 6, veritate feminam illam et extitisse, et Christo eunti ad Calvariæ montem sudarium, seu lineum capitis sui velamen præbuisse quod sudorem et sanguinem e vultu manantem abstergeret, necesse fuerit. An autem hæc mulier fuerit, de qua disserimus, Hemorrhossa, quis definiat? hanc tamen ipsam *Veronicam* medio ævo appellatam fuisse discimus ex Vita S. Barbatiani, quam ex antiquo lectionario Ravennate edidit Muratorius t. II *Rer. Italic.* p. 1, ubi pag. 197, hæc legere est: « Notum factum est Beatissimo de adventu mulieris ægrotae, et elevans se... ait mulieri: Dominus noster Jesus Christus, qui sanitatem Veronicæ mulieri præbuit, et eam a fluxu sanguinis liberavit, in ipsius nomine et fiducia tibi dico: Surge. » Sed hinc necessario non sequitur, Hemorrhossam eam ipsam Veronicam fuisse creditam, quæ postea sudarium Christo obtulit. An non enim duæ mulieres eodem Veronicæ nomine appellari potuerunt? (EDIT. BARBIELL.)

una delle Città di Jaen nell' Andalusia Provincia di Spagna; l'altra in Gerusalemme (27), e si mostrano a' fedeli con molta divozione: et concludit, che il Masini segue a dire molte altre cose di Santa Veronica e di Santo Ama-

HERMAPHRODITUS.

SUMMARIUM

1. Hermaphroditi unde dicantur? — 2. Dari Hermaphroditos, seu androgynos participantis de utroque sexu, apud omnes est in confesso. — 3. Varii referuntur ab auctoribus hujusmodi Hermaphroditi, inter quos Flavius Cherubinus auctor compendii Bullarii, et filius Laertii Cherubinus, qui fuit monialis in quodam monasterio in Urbe, et postea fuit canonicus S. Mariæ in Via lata ejusdem Romanæ curiæ urbis. — 4. Imo apud Indos, et præsertim in provincia Floridæ in America tanta est Hermaphroditorum copia, ut loco jumentorum inserviant. — 5. Refertur curiosus casus duorum Hermaphroditorum, qui inter se matrimonium tanquam vir et femina contraxerunt, et deinde ambo inventi fuerunt gravidi. — 6. Quamvis factos esse ex mulieribus viros multos referatur, nunquam tamen mares viri in feminas mutantur. — 7. Imo volent plurimi casus relatos de feminis mutatos in viros non esse intelligendos de vera mutatione; seu de conversione de femina in marem, sed illas fuisse Hermaphroditas, seu androgynos referendo apparitionem utriusque sexus clitoridi. — 8. Nec fabulosum est etiam mulieres habere suos testiculos, et genitalia æque ac viros, atque ob id non minus quam viros castrari posse. — 9. Imo secundum communem Græcorum et Arabum medicorum sententiam mas et femina solum accidentaliter inter se differunt, et genitalia viri et feminae solo situ distinguuntur, vir habens genitalia foris, eo quia propter ejus caliditatem expellantur, et femina habens intus, eo quia propter ejus frigiditatem intus retineat. — 10. De Hermaphroditis aliqui per locum interpretantur textum in cap. Omne utriusque sexus, de pœnit. et remissionibus, et quidem speciatim Calvinus. — 11. Hermaphroditus est irregularis, et ordinari non potest absque Papæ dispensatione. — 12. Hinc Hermaphroditus in quo prævalet sexus virilis, potest quidem valide, sed non licite ordinari; si neuter sexus præ-

(1. Hermaphroditus, seu androgyni sic dicuntur, eo quod in ipsis uterque sexus ap-

(27) *Primus omnium*, inquit Hyacinthus Serry eam (sudarii romani) « historiam prodidit Marianus Scotus in Chronico, auctor lubricæ fidei, eruditionis exiguæ, recentis ætatis: quippe qui cadente duntaxat undecimo sæculo scripsit. » Mariani Scoti eruditionem, diligentiam, fidem satis apte vindicavit Sandinius de Christo c. 19, § 8, in medium allatis testimoniis Sigeberti, Trithemii, et Vossii ipsius de Histor. Latin. lib. II, cap. 47. Illud non ferendum, quod « primus omnium eam historiam prodidisse » Marianus Scotus dicatur. Nam præterquam quod sudarii nostri meminuit Constantinus Porphyrogenitus, qui integro amplius ante Marianum sæculo vixit, in tantam jam venerat celebritatem imago illa, quam *Vultum Sanctum* dicimus, initio sæculi VIII, et Joannes VII, Pontifex dictus an. 705, in oratorio a se extructo, et beate Dei Genitrici dicato, novo altari posito, et marmoreo desuper excitato ciborio, in eo sanctissimum sudarium condiderit. Quod sane post longissimum octo sæculorum spatium, Jacobo Grimaldo teste oculato, litterati lapides, aliaque monumenta adhuc docebant. Confer opus inscriptum *Della Sacrosanta Basilica di S. Pietro in Vaticano*, Romæ 1750, l. 1, c. 2, § 1. Eodem quoque sæculo VIII, Stephanus III, ut narrat in ejus vita Anastasius bibliothecarius, « in una dierum cum multa

tore suo marito (28). Vide tamen quæ de hoc argumento erudite non minus quam critice profert Nat. Alex. in Synopsi Hist. Eccles. sæc. I, art. 6.

valeat, nec licite, nec valide ordinatur, ad n. 15. — 14. Et a fortiori, nec licite, nec valide potest ordinari, si in eo prævaleat sexus feminus. — 15. Hermaphroditus, qui, prævalente sexu virili, per dispensationem apostolicam fuit valide et licite ordinatus, si postea in ipso prævaleret sexus feminus, retineret quidem characterem sacerdotalem animæ impressum, attamen fieret iterum irregularis, imo non posset amplius valide consecrari et absolvi. — 16. Hic tamen casus non videtur naturaliter possibilis. — 17. Hermaphroditus autem, qui sexum feminum mutaret in virilem, valide quidem ordinaretur, sed illicite sine Pontificis dispensatione. — 18. Hermaphroditus non est admittendus ad professionem, neque in monasterio sexus in ipso prævalentis. — 19. Hinc sacra congregatio Concilii decrevit, quod Hermaphroditæ mulier recepta in aliquo monasterio non est admittenda ad professionem, etiamsi sexus feminus prævaleat. — 20. Imo Hermaphroditæ, si fiat monialis, professio irrita est. — 21. Unde, si femina profiteatur in monasterio monialium, et postea erumpente sexu virili evadat vir, professio non durat. — 22. Hermaphroditus potest valide et licite contrahere matrimonium conformiter sexui prævalenti. — 23. Non potest tamen nec valide contrahere conformiter sexui inferiori et debiliore. — 24. Si vero uterque sexus sit æqualis, tunc potest contrahere matrimonium pro libitu, vel ut vir, vel ut femina, dummodo alteri sexui perpetuo renuntiet, et prius juret, quod in posterum non nisi secundum sexum semel electum copula uti velit. — 25. Nec potest talis Hermaphroditus conjugæ suo defuncto, postea secundum alium sexum licite nubere, quamvis, si ita nuberet, matrimonium validum esset. — 26. Affertur instantia, et solvitur. — 27. 53. De habilitate Hermaphroditæ in vita conjugali. — 54. 57. Quoad juris effectus. — 58. Quatuor Hermaphroditorum species. — 59. 42. De duobus Hermaphroditis, an valide inter se contrahere possint Matrimonium.

pareat: *Hermæ* enim apud Græcos masculus est, et *Aphrodi* Femina nuncupatur; de quo

humilitate sollicite procedens in litania cum sacratissima imagine Domini Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi, quæ acheropita (non manu facta) nuncupatur, ædem sanctæ Dei Genitricis, quæ ad Præsepe dicitur, adiit. » Hanc autem imaginem a sudario non manu hominis picto, sed ab ipsius Christi facie formato aliam non fuisse, multis evincit cl. Paciaudius Præf. in eruditissimum de *Sacris Christianorum balneis* librum, secundis curis an. 1758 auctiorem pag. 17, seq. Vere igitur sapientissimus Benedictus XIV, lib. III, de Canoniz. Sanct. p. 2, cap. 50, n. 12, ait: « Sive Veronica fuerit pia femina, quæ sudarium faciei Domini admovit, sive Veronica unum, et idem sit cum ipso sudario, certum est, sudarium ipsum insignissimum esse reliquiam, et multis abhinc sæculis cultum in basilica Vaticana obtinuisse. » (EDIT. BARBIELL.)

(28) De Veronica, ejusque sudario præter laudatos Sandinium, Benedictum XIV et Paciaudium, consules Gretserum in Syntagmate de imaginibus non manu factis cap. 17, Henschenium t. I, Februar. Bolland. add. 4, Honoratum a S. Maria, tom. II Animadversionum in regulas; et Usum critices lib. IV, diss. 8, art. 4, et Trombellium diss. 9, cap. 54 ac 55. (EDIT. BARBIELL.)

videndus S. Augustinus de Civitate Dei lib. XVI, cap. 8 (29). (2. Dari hujusmodi Hermaphroditos, seu androgynos participantis de utroque sexu, apud omnes est in confesso, teste ipsamet experientia, et plures referuntur passim a doctoribus, ut videre est apud Pignatell. tom. IV, consult. 34, per tot.; Torell. in Demolog. lib. II, cap. 17; Ursayam Instit. crimin. lib. III, tit. 5, a num. 205. (3. Ubi ex variis auctoribus varios refert hujusmodi casus, inter quos unum de quadam moniali in virum conversa, quæ a monasterio expulsa, fuit exinde ut perfectus vir ordinatus sacerdos, et factus canonicus S. Mariæ in Via Lata de Urbe, qui fuerat prius monialis in quodam monasterio ejusdem urbis; is fuit filius Laertii Cherubini, qui obiit 23 Maii 1626, fuitque sepultus in ecclesia S. Mariæ de Scala, teste Abb. Piazz., nella Gerarch. eccles. nella Diacon. della Scala, fol. 1877. (4. Imo apud Indos, et maxime in provincia Floridæ in America, tanta est Hermaphroditorum copia ut eo quia robusti sunt, et exosi, jumentorum loco inserviant; prout de dicta provincia Floridæ testatur Jeson. in Theatr. Orb. terrar. tom. III, his verbis: « Abundat regio Hermaphroditis, quorum servili opera, mancipiorum, jumentorumque loco utuntur, » quem refert etiam Verriell. in tract. de apostolicis Missionibus. tit. 14, Miscellan. qu. 196, dub. 1, num. 2, qui auctor ibid. et dub. sequent. ex Demetrio, Plinio, et Eliano probat lepores utrumque sexum habere, et mutuo coitu absque feminis eorum speciem propagari; darique Hermaphroditos parem et perfectam potentiam habentes gignendi et pariendi. (5. Et de facto Thom. Franc. de Remoral. cons. 25, per tot.; Ursaya Inst. crimin. lib. III, tit. 5, num. 215, et alii, referunt curiosum casum duorum Hermaphroditorum, qui inter se matrimonium tanquam vir et femina contraxerunt, et deinde ambo inventi fuerunt gravidi.

(6. Quamvis factos esse ex mulieribus viros multos referatur, nunquam tamen mares viri in feminas mutantur, nec id fieri posse affirmant medici; teste Card. de Lugo, Respons. moral. lib. I, dub. 31, num. 3, repugnante scilicet natura, quæ semper expetit dignius, et indigniori resistit. (7. Imo volunt plurimi, casus relatos de feminis mutatis in viros non esse intelligendos de vera mutatione, seu de conversione a femina in marem, sed illas fuisse Hermaphroditas, seu androgynos, referendo apparitionem utriusque sexus clitoridi, de quo Amenus de Delict. et pœnis tit. 4, § 11, num. 18, ubi

(29) Multa congerit auctor, quorum alia falsa, alia dubia omnino sunt. Hermaphroditus enim componitur ex vocibus græcis *Hermes*, quæ non masculinum, sed Mercurium, et *Aphroditæ*, quæ non feminam proprie, sed Venerem significat. Perfecti Hermaphroditi raro inveniuntur; conversio autem feminæ in marem nunquam fortasse viribus naturæ facta est, deceptique sunt, qui pudendarum partium conformationem inspexerunt. Fide digna Floridæ descriptio adhuc desideratur. Lepores utrumque sexum non habent; Joan. Faber Epos. in Hist. Mexic. f. 812. Diu me torsit, inquit, de leporebus dubitatio an persuasio

FERRAR. IV.

refert, quod id vidit Papæ anno 1669, et sic tenent Gasp. Bacchin. de Hermaphrod. lib. I; Schenchi lib. IV observ. in princip.; Majol. de Irregular. lib. I, c. 27; Riolan. de Hermaphrod. cap. 8; Zacch. quæst. Medic. legal. lib. VII, tit. 1, q. 8, per tot.; Cosp. nel Giudice crimin. part. II, cap. 8, n. 40 et sequent. ubi quod similis casus evenit Spoleti, tempore quo studebat Senis, in qua civitate cum tali Hermaphroditæ fuit sæpe allocutus Ursaya loc. cit., a num. 212 ad 215, et facit casus curiosus relatus supra num. 5, de duobus illis Hermaphroditis inter se matrimonio conjunctis: et ambobus gravidis inventis. (8. Nec fabulosum est hoc, habere etiam mulieres suos testiculos, et genitalia æque ac viros, atque ob id non minus etiam quam viros castrari posse, quemadmodum eas in Lydia castrari affirmat Alcicius in l. *Spadonum*, ff. de Verb. significat., et lib. IV, antiqu. lect. cap. 10, lib. XX, cap. 18, relatus, et secutus a Pignatell. tom. IV, consult. 34, numer. 1. (9. Imo quod mas et femina solum accidentaliter inter se differant, et quod genitalia viri ac feminae solo situ distinguantur, ut quod vir habeat genitalia foris, eo quia propter ejus caliditatem expellantur, et femina contineat intus, eo quia propter ipsius frigiditatem intus retineantur tenet communis Græcorum et Arabum medicorum sententia, ut Galenus, Aegineta, Avicenna, Rasius, et alii apud Andream Laurentium Histor. anatom. lib. VII, quæst. 8. Unde Galenus l. II, de semin. sic precise ait: « Est enim proportio maxima inter genitalia masculi et feminae; omnia quidem genitalia membra tum masculus, tum femina habere eadem videntur, positione tantum, et magnitudine differentia; quin et vasa testes nutritia utriusque sexui ex eisdem venis et arteriis procedunt; » et consimiliter habent plurimi alii.

(10. De Hermaphroditis aliqui per jocum interpretantur textum in cap. *Omnes utriusque sexus* de Pœnit. et remission., quos citat Nevizan. in Sylv. nuptial. lib. V, fol. 531, num. 36, et Paschal. de Orco in Apolog. c. 9, n. 19, impressa post dissert. Cosciæ; Ursaya in Miscellan. sac. et profan., can. et civil. part. II, litt. H, n. 5, et ut refert Bellarm. tom. III, Controversiar. lib. III, cap. 13 de Pœnitentia. Calvinus hæresiarca l. III Institutionum, c. 4, § 7, sic expresse dicit; ibi: « Nam quod jubent boni Patres, omnem utriusque sexus quotannis semel proprio sacerdoti confiteri omnia peccata, faceti homines lapide excipiunt, hoc præcepto teneri solos Hermaphroditos, ad neminem omnes ad unum Hermaphroditas esse. Ideo cum nobiliss. Julio Sinibaldo venationibus deditissimo (qui ultra centum lepores domi suæ, h. e. in oppido Montis Leonis Spoletanæ dioceseos cepit uno anno) omnes lepores accurata lectione perquisivimus: inter quos centum, vix quatuor masculos invenit, reliqui omnes feminae, et quod mireris pleræque gravidæ fuerunt, in his omnibus distinctissimum sexum invenit, et agnovit, et feminae quidem vasa genitalia in feminis, virilia in masculis, etc. (NOTA EX EDIT. ROMANA.)